



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Heroina Roysinia filium calculo laborantem B. virgini deuouente, ac pro
eodem pias preces ad eandem fundente, subitò puerulus sponte sua
calculum eijcit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

inde Cheruiam venit, sanatus anno 1563.

SENECHALLVS HANNONIAE
podagra & apoplexia oppressus sanatur ad in-
uocationem B. virginis.

CAPVT. IV.

Senechallus Hannoniae podagra & apoplexia corporis parte dimidia miserelucxatus, per merita & preces beatissimae Virginis sanitatem recuperauit. In cuius beneficij memoriam statuam ligneam, vti vouerat, inibi reliquit, quae pro antiquitate, elegans adhuc conspicitur.

HEROINA ROYSINIA FILII
calculo laborantem B. virgini deuouente, ac post-
dem pias preces ad eandem fundente,
subito puerulus sponte sua cal-
culum eiecit.

CAPVT V.

Herois Roysinia videns Chirurum iam in eo esse, vt filio suo calculum excideret, pietate in filium mota, subducit illum in manibus chirurgi, verita grauiore cruciatu, vel mortem carissimi filij, deuouetque illum beatæ virginis Cheruiensi peregrinum, sub precatione feruentissima, puerulus calculum sponte sua eiecit, ad plenum conualescens. Visuntur etiam nam matris & filij statuæ in ad-

culæ: è quibus colligere sit facile, illius temporis modestiam in habitu, & luxum ac superfluitatem hodiernam delectari.

QVIDAM S. GUISENI MORBO percussus, eo quod miracula B. virginis rideret, mox ab eodem sanatur, ubi à B. virgine veniam petijt ad eius imaginem deductus.

CAP. VI.

Quidam Atrebas Petronillæ Linieræ filius quibusdam socijs suis nec non & alijs opidi incolis colloquens in foro Cheruensi, virtutes & miracula quæ sanctissimæ Dei matris interuentu ad ædiculam & fontem, patrabantur, aperte ludibrio habebat. Et ecce tibi subito vindex Dei manus eum comprehens aliter loqui compulit, immisso morbo, quem vulgò S. Guisleni dicunt, sic vt in momento visum & loquelam amiserit notabili temporis spatio. Mox eius socij per latera hominem apprehensum, ad fontem adduxerunt. Vbi ad se reuersus, ex corde sincero veniam petijt à beata Virgine, confessus execrabiles blasphemias, quas ore polluto & infecto contra imaginem, & nomen beatæ Virginis turpiter euomuerat huius miserandi casus & infortunij causam iustè extitisse, eumque in delictum mortis adduxisse, nisi pio matris misericord

F 7

serio